

Deo flendo postulare; trigintaque^a non minus psalmi in ipso explebuntur intervallo. Cum autem^b incoante aurora diei signum sonuerit^c, omnes festinato^d concurrant cum hylaritate cordis, quasi ad Deum clementem^e et misericordem et placabilem factum matutinas^f laudes promptamente^g, vocibus modulatis nec nimis producte nec multum correpte, persolvere^h studeant. Deinde incipiant primam cum VII psalmis et letania. Quod dum completur officium, ante psalmum quinquagesimum donent vicissimⁱ pariter^k confessiones suas, supplici (fol. 99) corde certatim pro se orantes. Hoc expleto, sicut^l in regula continetur, usque in horam secundam plenam lectioni vacent. Hora secunda, signo pulsato, eant calciatum. Deinde lotae ingrediantur oratorium et decantent tacito sicut in nocte VII psalmos. Tunc decantent tertiam, deinde missam matutinalem. Post^{1.2} hec convenientes ad capitulum versa^m facie ad orientem salutent crucem humiliterqueⁿ se girantes inclinent se alterutrum. Similiter^o faciant in omni conventu. Deinde^p recitetur etas mensis et lunae et nomina sanctorum, quorum festa crastinus^q excipiat^r dies, et^s postea surgentes^t pariter dicant versum: *Preciosa³ est^u in conspectu Domini mors sanctorum^v*. Quem^w sequatur oratio a priore ita^x: 'Isti^y et omnes sancti^z intercedant pro nobis^a

a) 'trigintaque — intervallo' desunt B. b) 'autem] vero' B. c) 'sonuerit] sonaverit' M; 'insonuerit' B. d) 'festinato — hylaritate] festinent cum humilitate' B. e) 'clementem — placabilem] clamantes ac misericordia sibi placabilem' B. f) 'matutinis laudibus' B. g) 'mente — modulatis] voluntate, vocum modulis' B. h) 'persolvere — completur] cum summa gravitate et honestate officium persolvere divinum et hac autem (?) matutina laude summum et praecipuum silentium fiat in orando vel loquendo. Convenientes vero fratres ad primam, postquam completum fuerit ipsum' B. i) 'vicissim — suas] confessiones suas vicissim' B. k) 'pariter] puriter' M. l) 'Post — convenientes] veniant omnes' B. m) 'versa facie] conversi' B. n) 'humiliterque — alterutrum] et caeteris fratribus se undique humilient' B. o) 'Similiter] similiterque' B. p) 'Deinde recitetur] Post lectionem recitantur' C; 'Deinde — lunae et] Post recitata' B. q) 'crastina dies excipiet' B. r) 'excipiet' C. s) 'et postea' desunt B. t) 'surgentes' deest C. u) 'est — sanctorum' desunt B. v) 'sanctorum] eius' add. C. w) 'Quem] Que' M. x) 'ita — celum et terram] deinde versus: 'Deus in adiutorium' tribus vicibus cum Gloria patri. Surgentes iterum dicant versum: 'Respice, Domine, in servos tuos' cum Gloria patri. Post hunc versum sequatur oratio a priore: 'Dirigere et sanctificare, Domine' et caetera' B. y) 'Isti] Ipsi' C. z) 'sancti] Dei' add. C. a) 'nobis] peccatoribus' add. C.

1) 'sicut in regula (vgl. Reg. Bened. c. 48) — missam matutinalem' aus unbekannter Quelle. 2) Zu 'Post hec — celum et terram' vgl. Mem. Bened. p. 67 und Reg. Chrod.⁴ c. 18. 3) Psalm. 115, 15.